



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Vita Abbatis Stephani mo[n]asterij Aeliotaru[m] Presb. Capvt. LXII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

Dicebant quidam patrum de abbate Leontio Cilice quod in obsequio Domine nostrae S. Dei genitricis fuerit feruentissimus, ac per XL. annos nunquam de illius templo recesserit. Erat autem semper mirae grauitatis, & sibi iugiter intendens.

Dicebant & hoc de illo quod si vidisset pauperem venientem ad se, siquidem ille esset caecus, per manum illi porrigebat elemosynam, si autem videns, ponebat ante illum, aut in columnae basi, aut in scamno, aut in sanctuarii gradibus, atque inde illam tollebat pauper. Interrogatus autem a senes: Quare, pater, per manus non das elemosynas? respondit: Ignosce mihi, pater: neque enim ego sum qui illam praebco, sed 2 Domina mea S. Dei genitrix, quae & me, & illos nutrit.

Nota in, qui dicit antiquos monachos pyrouagos fuisse, et non vos cella perpetua 2 Si S. Dei Genitrix seruietes sibi, et pauperes nutrit, viuit etiam post corporis mortem.

Vita Abbatis Stephani monasterij Aeliotarum Presb.

CAPVT LXII.

Narrauit nobis vnus, ex senibus de Abbate Stephano presbytero monasterij Aeliotarum, quod cum sederet in cella sua, immisit illi cogitationes daemon dicens: Recede, nihil enim hic proficis. Senex autem dicebat demoni: Non audio te. Scio enim quis es. Ferre non potes, ut aliquis saluetur. Sed Christus filius Dei viui ipse te conteret.

considera quod monachus, qui in solum deserti, diabolo rem gratam facit

CAPVT LXIII.

Dicebant de eodem Abbate Stephano, quod cum sederet, & legeret, venit iterum diabolus visibiliter, dixitque: ei Recede nihil enim hic proficis. Tunc